

✠(·)✠ ✠(·)✠ ✠(·)✠ ✠(·)✠ ✠(·)✠ ✠(·)✠



# Verus modus ulciscendi ho- stes & calumniatores suos.



*Va ratione meos ulciscar, quaritis, hostes?  
Expeditam, ulcisci sic quoq; disce tuos.  
Incessunt, taceo: culpant fero: crimina spargunt,  
Dissimulo: mordent, absq; dolore meo.  
Obtrechtant, sileo: ringuntur, rideo: vulgo  
Traducunt, patior: dant mihi damna, sino:  
Aspiciunt torvis oculis, ego comiter illos  
Accipio: turbant cuncta, quiete fruor.  
Latrant, non moveor: frendent, non curo: minantur,  
Nil metuo: torquent labra, laboro nihil:  
Exagitant, non exagitor: vexant, neq; vexor:  
Ladunt, nec lador: proba refutat honor.  
Insidias ponunt, evado: petunt caput, oro:  
Pessima molitis optima quaq; precor.*

Hieronymus Buslidius.

